Paulus eps seruus seruorum dei Dilecto filio .. Officiali Cracovien Salt et aplicam ben Qua nobis dilectus
filius Andreas Zanczkowsky Ciuis Cracovien petitione monstrauit qd olim Petrus de Opatzno alias Cracovien dioc falso asserens qd idem Ciuis
quedam imobilia in Ciuitate Cracovien et dicta dioc consistentia mobiliaq bona pecuniarum summas et res alias tunc expressa que idem Petrus
ad se spectare asserebat detineret indebite occupata dictum Ciuem super hoc petendo ipm condemnari et compelli ad dimittendum bona soluendum
pecuniarum summas et assignandum sibi res alias huiusmodi coram Clemente Archidiacono Lublien in ecclia Cracovien cui Venerabilis frater nr Jeronimus
Archieps Creten in illis partibus aplice sedis nuntius cum potestate Legati causam huiusmodi audiendam cognoscendam et fine debito terminandam
commiserat dicte commissionis obtentu fecit ad iudicium euocari pro parte uero dicti Ciuis habentis eundem Archidiaconum ea ratione suspectum qd idem
Petrus tunc ipius Archidiaconi familiaris et continuus comensalis erat ad eligendum cum altera parte Arbitros coram quibus huiusmodi causa suspi
tionis probaretur petitum extitit se admitti ut ea probata dictus Eps causam ipam committeret alteri non suspecto et quia idem Archidiaconus eum super
hoc audire contra iustitiam recusauit necnon reiectis quibusdam exceptionibus legitimis declinatoriis contra iurisdictionem suam pro parte dicti Ciuis
loco et tempore congruis exhibitis et de quibus antea fuerat legitime protestatus se Judicem competentem in huiusmodi causa et ad ulteriora in negocio
principali procedendum fore per suam interlocutoriam declarauit iniquam fuit pro parte dicti Ciuis sentientis exinde ab eodem Archidiacono indebite se
grauari ad sedem aplicam appellatum Quocirca discretioni tue per aplica scripta mandamus quatinus uocatis qui fuerint euocandi et auditis hincinde pro
positis quod iustum fuerit appellatione remota decernas faciens quod decreueris per censuram ecclasticam firmiter obseruari Testes autem qui fuerint no
minati si se gratia odio uel timore subtraxerint censura simili appellatione cessante compellas ueritati testimonium perhibere Dat Rome apud Sanctummarcum
Anno Incarnationis dominice Millesimoquadringentesimosexagesimoquinto Quarto Kl Decembr Pontificatus nri Anno Secundo

de

A. de Collis
Bandetus

B. Jheronimus de Castro

Jo. Balteram

pro d. Cors. capl. Jo. [illegible]

1465

de Monte